Quelle: http://manuscripta.at/?ID=38240
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



xiii. 9

gloriabitur omnes semen filiorum israel; Vocatis aegypto & aethiopia.
& sabaim uiris excelsis. perque monstratur salus uniuersarum gentium.
barbarorum & totius mundi ad dm conuersio. ostendit ds iusticiam suam quod
non solum iudeorum sed dns. sed & gentium. Ipse enim caeli factor & terrae.
aequaliter omnium ds. e. & non ob aliam causam creauit terram. nisi ut homi
num ea habitaculum. qui sum adorarent & intellegerent creatorem.
& idola uniuersa contempnerent; Nam & in montesina. de excelso eius
uerba audientib; populis. e. locutus; Noli erunt ibi dii alieni absq: me
nec facies tibi idolum. sed melius ut hoc dictum de euangelica praedicatione credamus. Mox se enim in abscondita solitudine uniuersum locutus. e. populo;
apostolorum autem sonus in uniuersum orbem exiit. & uerba eorum usq: ad
terminos terrae peruenerunt; Nondixi inquit semini iacob. frustra
quaerite me; Caelorum enim illis regna promisi. & primum ad eos locutus
sum. Nonuenimnisi ad oues perditas domus israel. & idcirco locutus sum
iusticiam. & adnuntiaui recta siue ueritatem; Ut imaginibus legis & cere
monias derelictis. sequerentur euangelii ueritatem; sed quia illi credere
noluerint. & indignos se iudicauerint salute. propterea dico gentibus con
gregamini de toto orbe. & uenite & accedite ad me simul. qui saluati estis ex gentib;
per quod ostendit non solum omnis gentes esse credituras. sed paulatim & per
partes; Denique corripit eos qui in errore pristino permanserunt dicens;
Nescierunt qui leuant signum. sculptura sua. & rogant dm non saluantem;
& e. sensus, Non intellexerunt sermones meos. simulacrorum suorum
onere praegrauati. & speraunt in eis in quibus nulla. e. salus; Unde
apostolis praecipitur. ut opportune inportune adnuntient ueritatem.
& ineant consilium salutis gentium; Hoc autem id. e. ut congregarentur.
& uenirent ex gentibus plurimi qui saluarentur. Ab initio loquutus. e. &
cunctorum prophetarum ora cecinerunt. qui sermones dni loquebantur.
praeter quem nullus. e. alius. filius enim non absq: eo. sed in eo ds. e.
pulchreq: iungitur. ds iustus nequaquam unius gentis. sed uniuersi mundi
cui loquitur; Conuertimini ad me & saluemini omnes fines terrae.
Impletur illo quod pater filio repromisit; Postula a me & dabo tibi gentes